Q. F. F. Q. S.

VT

NATALI
GYMNASII ELBINGENSIS

SVPRA

CENTESIMVM QVINQVAGESIMO OCTAVO

D. XXIV. NOV. A. MDCCLVII

MORE HORISQVE CONSVETIS

CELEBRANDO

ILLVSTRIS

MAGNIFICI MAXIMEQVE STRENVI

GENEROSI ET AMPLISSIMI

DN. DN.

BVRGGRAVIVS REGIVS

PRAESES

PRAECONSVLES CONSVLES

PATRIAE PATRES

NEC NON

EXCELLENT. PLVR. REVERENDI CLARISS.

PRAEN. NOBIL. SPECTAB. HVMANISSIMIQVE

MVSARVM FAVTORES

PRO SVO QVISQVE LOCO ET DIGNITATE

SVSPICIENDI AC COLENDI

BENEVOLENTISSIME INTERESSE DIGNENTVR

EO QVO PAR EST OBSERVANTIAE CVLTV

ORAT OBSECRAT INVITAT

IOANNES LANGIVS

ATH. RECT. P. P. ET BIBL.

ELBINGAE, TYPIS NOHRMANNIANIS.

Hypomnemata ſupellectilis librariae, quam Bibliotheca Gymnaſii Elbingenſis includit, nobis ulterius commendant *BIBLIA* illa *GERMANICA* gloſſata, quae plerumque audiunt

VINARIENSIA,

ab urbe ac ſede Principum Saxonicorum, qui auſpicem eorum ERNESTVM PIVM, lineae, quae hodie floret, Gothanae conditorem feliciſſimum, proxima attingebant cognatione. Vnde etiam *ERNESTINA*, vel a loco, ubi typis evulgata ſunt, *NORIMBERGENSIA* appellantur. Non addam, haec Biblia nitidiſſima & imaginibus Ducum Saxoniae, & Prophetarum ac Evangeliſtarum ut & LVTHERI, aliarumque rerum, ad explicanda divina oracula ſpectantium, exornata primum anno 1640, poſtea 1686 ac 1700 lucem adſpexiſſe, ſed illud ſaltem indicare animus eſt, editionem noſtram elegantiſſimam *1692 Nor. in fol. maj.* prodiiſſe, & a Viro Generoſo, Ampliſſ. Conſultiſſimoque Domino ALEXANDRO VNTERBERGIO, Conſule ac Scholarcha Gymn. Graviſſimo ex ingenti in Muſas propenſione hoc anno Bibliothecae dono datam eſſe. Quod vaſtiſſimis operibus evenire ſolet omnibus, ut in illis ex diverſitate auctorum diverſa quoque oriri ſoleat locorum & paraphraſeos interpretatio: idem etiam de his Bibliis Vinarienſibus dici poteſt, in quibus auctores, ut EYRINGIVS b) ſcribit, juſſu ERNESTI explicationem ad captum vulgi, & quidem habita potius verſionis LVTHERI, quam fontium ratione accommodare oportuit. Hinc illa teſte LILIENTHALIO c) nullo non tempore pro Bibliis gentilitiis ſunt habita. Imo BVDDEVS d) non modo palmarios horum Bibliorum commentatores, vel ſi mavis correctores, e. g. IO. GERHARDVM, IO. MAIOREM, HIMMELIVM, DILLHERVM, GLASSIVM, ſed & regulas iſtas, quibus in revidendo

b) in *vita ERNESTI PII.* c. XVI.
c) in der [illegible]oliſch-exeget. Bibliothek. Sect. I. c. I. p. 19.
d) in *Iſag. hiſtor. theol.* L. II. c. VIII. p. m. 1559.

ac emendando hocce opere uti debebant auctores, nobiscum communicat. Pari ratione quos illa calumniatores, quosque panegyristas habuerunt, idem exponit BVDDEVS. e) Interim nullus dubito, quin, dum editionem nostram, corio suillo nitide compactam & orichalceis clasuris ac figuris praestantissimis crustatam in conspectu habeo, magni cujusdam Polyhistoris sententiae, quam his de Bibliis tulit, subscribam, dicentis: Die Buchbinder haben insgemein ihr Meisterstück daran verfertiget. Darum man sie vielfältig in kostbaren Bänden gebunden findet. Jedoch hat der hohe Preiß dieselbe der Armuth unbrauchbar: das grosse Format aber den meisten Lesern zum Aufschlagen beschwerlich gemacht. Haec LILIENTHAL. f)

Progredior ad *BIBLIA BELGICA*, quorum titulus est:

DE GANTSCHE HEYLIGE SCHRIFTURE DES OUDEN EN DES NIEUWEN TESTAMENTS.

Lugd. Bat. in fol. 1663 edita.

Haec Biblia, vulgo **Die grosse Staaten Bibel** dicta, & auctoritate Illustr. ac Praepot. DD. Ordinum Generalium ad decretum Synodi Dordracenae de A. 1618 & 1619 ex idiomate originali in linguam Belgicam translata, primum jam A. 1637 lucem adspexisse, praefatio codici nostro praemissa nos docet. g) Quod vero de editione Bibliorum Belgicorum prima dici potest, eam textui Originali non mediocriter respondere & sensum plerisque in locis perspicue, fideliter ac solide exhibere: illud etiam de nostra, secunda scilicet, quam sub oculis habemus, quaeque charactere non Gothico, sed Romano impressa est, gloriari possumus. Interim alios praeter & eruditionis & pietatis laude dignissimos

Viros

---

e) l. c. p. 1560.
f) l. c. p. 19. add. Hertels gel. Geschichte von der heil. Bibel. p. 107.
g) vid. *le LONG Bibl. sacra.* P. II. c. IX. p. 280 &c. *ex edit. BOERN.*

Viros BOGERMANNUM praesertim in V. T. & WALAEUM in N. T. conficiendum maximam contulisse operam, apud eosdem legere est, qui Bibliorum Belgicorum historiam pluribus exposuerunt. h) Quanquam vero facile dijudicatu est, annotationes in illis obvias & Remonstrantibus omni occasione oppositas, SIMONI EPISCOPO ejusque sociis minime arrisisse: attamen negari non potest, multum lucis, multumque utilitatis ex hac editione veritati christianae accendi, & interpretem in explicandis oraculis divinis illa admodum uti posse. i) Quo autem dialectus horum Bibliorum & ex his pateat, juvat speciminis loco dictum illud ex Gen. III, 15 & ultima verba commatis 16 addere, quae ita leguntur: *Ende ick sal vyantschap setten tusschen u, ende tusschen dese vrouwe, ende tusschen uwen zade, ende tusschen haren zade: dat selve sal u den kop vermorselen, ende ghy sult het de versenen vermorselen - - - ende hy sal over u heerschappije hebben.* Nec abs re fore judico, indicare, aves illas, quas, ut ex prioribus constat paginis, Biblia Aug. Vind. cusa Kramathsvögel, Halberstadiensia Rapphöner, & LUTHERUS Wachteln vocant, in his Belgicis appellari *Quackelen.* Sic enim Num. XI, 31 legimus: *ende raepte quackelen van der zee.* Sciscitanti tandem: cui haec Biblia Lugdunensia nostra debeat Bibliotheca? respondeo, eadem ex auctione librorum Viri, dum in vivis esset, Plurimum Reverendi Doctissimique Domini EPHRAIMI LIEBMANNI, Pastoris ad III Regum & postea ad S. Mariae Fidelissimi A. 1747 benigne esse oblata.

Nec sicco praeterire licet pede *GERMANICA BIBLIA*, quae exstant

duobus Tom. Cassellis in fol. 1601 per WILH. WESSELIUM edita.

h) vid. Benthems Holländ. Kirchen- u. Schulen-Staat. c. 7. Lilienthals bibl. exeget. Bibliothek, Sec. I. c. I. p. 26. 27. Nachrichten von einer Hällischen Bibl. St. 25. p. I. i) conf. *A. H. FRANCKII monita pastoralia.* p. 60.

Haec reformatae religionis socii ad ultimum, quod tempore LVTHERI A. 1545 prodiit exemplar, typis excudenda curaverunt. Hinc etiam LVTHERI praefatio in S. S. praemissa legitur; quam Chronologia & Genealogia sacra, index historiarum biblicus, loci communes theologici, peregrinorum nominum interpres, tandemque Topographia additis mappis geographicis sequuntur. Quibus omnibus GREGOR SCHÖNFELDT, D. Th. & Superint. Cass. Gravissimus prooemium, MAVRITIO Landgravio Hassiae dicatum praemisit, vel ob egregiam Principis laudem alia inter notatu dignissimum. k) Sic enim in eodem: Eu. Fürstl. Gnaden, inquit, haben sich von Jugend auf gewöhnet, die heil. Schrift selbst zu lesen, davon zu reden, zu schreiben, und nun durch diese Gewonheit solche geübte Sinnen in dem Wort göttl. Wahrheit bekommen, daß Sie von der seligmachenden Religion auch mit den gelehrtesten Theologen mit Bestand zu conferiren und zu reden mächtig seyn. Immassen Sie denn auch täglich morgens und abends ihren Kammerdienern und Aufwärteren ein Capitel nach dem andern aus der Bibel vorlesen und ausführlich erklären ꝛc. O beatos MAVRITII manes, qui, quae DEVS a Rege populi Israelitici exegit, l) & sibi praecepta esse credidere! O Principem vere christianum, qui suo docet exemplo, quales Patriae Patres pietati dediti sint, & quales reliqui esse debeant! O studium Bibliorum utilissimum, dignum cive christiano, dignum Principe omni! Sed revertor ad Biblia Casselliana, de quibus hoc unicum saltem addo, dictum scil. illud de tribus in coelis testibus 1 Io. V, 7. in textu omissum esse. Vnde vero loci hujus depravatio orta sit, fusius ex D. KETTNERI historia exponit KNOCHIVS. m)

Sequun-

---

k) add. IVNCKERI histor. Nachricht von der öffentl. Bibl. des G[illegible] zu Eisenach.
l) Deut. XVII, 18. 19.
m) in der Braunschw. Bibelsammlung. T. I. P. V. p. 328 &c.

Sequuntur, quae priori jam loco nobis ponenda fuerant,

BIBLIA SACRA

quae, praeter antiquae latinae versionis necessariam emendationem & difficiliorum locorum succinctam explicationem, multas insuper utilissimas observationes &c. continent per ANDREAM OSIANDRVM, in fol. typis MATTH. BECKERI. Franc. 1611. edita.

Hanc quartam Bibliorum editionem, cum quoad notas chronologicas, tum quoad coeteras glossas prioribus & emendatiorem & multis modis locupletiorem ANDREAS OSIANDER, Th. D. & Academiae Tubingensis Cancellarius ac Ecclesiae Praepositus publici fecit juris. Locorum explicationibus, ut plurimum ex LVCAE OSIANDRI & ANDREAE, Parentis commentariis biblicis depromptis, multas insuper utilissimasque adjecit observationes, ex Patrum orthodoxorum & praestantissimorum Theologorum lucubrationibus, nec non ex Form. Conc. excerptas. Sicuti vero piae recordationis Vir, OSIANDER, hanc editionem ita adornavit, ut illam ad praesentem Ecclesiae statum, potissimum vero ad utilissimum disputationum theologicarum exercitium omni fide accommodaret: ita & gemino indice, priori ad textum biblicum, posteriori ad ejusdem glossam concinnato, eandem locupletavit. Haec Biblia ANDR. OSIANDRI, de quibus BOSIVS, n) LILIENTHAL o) aliique legi merentur, ex dono MATTHIAE MOHRI, Gymn. Elb. in Classe IV Collegae quondam Fidelissimi ab A. 1667 publica possidet Bibliotheca.

Praeter *ELIAE HVTTERI N. T. POLYGL.* cujus jam antea mentionem fecimus, exstat porro in Bibliotheca publica

n) in *introd. in not. Script. eccles.* c. VI.
o) l. c. Sect. I c. I. p. 16. 17.

NOVVM TESTAMENTVM
Graeco-Latinum DES. ERASMI, Baſileae typis IO. FROBENII 1522 in fol. editum.

Hanc N. T. editionem ad Graecam veritatem & vetuſtiſſimorum codicum Latinorum fidem opera ſtudioque DES. ERASMI ROTEROD. jam tertio accurate recognitam prodiiſſe, & in rubro & in fine libri legimus. Praemiſſa eſt Papae LEONIS X. ad ERASMVM ROTER. d. 10. Sept. 1518 ſub annullo piſcatoris Romae data epiſtola, in qua ejusdem lucubrationes multis proſequitur encomiis. Hanc excipiunt ad LEONEM X. Pontificem ab ERASMO, Theologorum, ut ſemet ipſum vocat, infimo, jam 1516 Cal Febr. ſcriptae literae: porro ejusdem ad lectorem pium paracleſis, ut & apologia, itemque argumentorum contra moroſos quosdam ac indoctos capita: tandem ſoloeciſmi per interpretem admiſſi: loca obſcura, nec non manifeſte depravata, ex infinitis pauca, & quae ſunt reliqua. Non minus pro more iſtius ſeculi magnum huic codici hinc inde additae figurae conciliant ornamentum, in quibus multum ſalis, multumque deprehenditur leporis: quippe ignorantiam, ſuperbiam, & ſtultitiam nonnullorum, imo fallaciam vitae aulicae more ſatyrico ob oculos ponunt. Nec ſilentii peplo involvendum eſſe judico, & in medio & calce Teſtamenti hujus FROBENII ſignum impreſſum eſſe, exhibens duas manus, baculum, duobus ſerpentibus circumdatum, cui columba inſidet, tenentes. Sicuti & in initio Matthaei, aliisque locis ſcutum apparet, in quo ſequentia leguntur verba: Io Frob. typis excudebat, addito hoc lemmate Graeco, a Plinio forſan petito; p) μωμήσεταί τις θᾶσσον, ἢ μιμήσεται. Quod ad ipſum N. T. attinet textum, obſervandum utique eſt, in hac ERASMI editione totum comma, Marc. XI, 26 & in Graeca & Latina lingua deeſſe, quo de defectu in aliis etiam codicibus, ut

&

---

p) ex *Hiſt.* L. 35. c. 9. add. *GESNERI chreſtomatia Plin.* L. CXVIII. n. 24. p. 969.

& in ipſa verſione LVTHERI ante A. 1662 legi merentur KRAFT q) ac WOLFIVS, r) qui incuria ſcribarum hoc factum fuiſſe, credit. Nec minus annotandum eſſe cenſeo, in eadem noſtra ERASMI editione primum repertam eſſe pericopen, de triplici Patris, Filii & Sp. Sancti teſtimonio, 1 Io V, 7 obviam, quam ipſe, ne, ut MILLIVS loquitur, s) cuipiam calumniandi foret anſa, ex codice Britannico t) huic repoſuit. u) Eum, quem recenſemus, N. T. codicem antiquum a Viro Doctiſſimo IO ALBERTO CASSENIO, Regiomontano, poſtea Iuris Practico apud Elbingenſes Solertiſſimo A. 1710 Bibliothecae dono oblatum eſſe, docet liberalitatis Praeco, ſ. index Patronorum, qui librariam Gymnaſii ſupellectilem liberalitate ſua ditarunt.

Sed ulterius commemorandum nobis venit
NOVVM TESTAMENTVM TRILINGVE
auct. IMMAN. TREMELLIO 1569 in fol. editum
ſtanno HENR. STEPHANI.

Haec egregia N. T. editio, quam praeter alia & literarum nitor & charta regalis commendant, tribus conſtat linguis, Graeca ſcil. Syriaca, (aſt Hebraeis typis cum punctis vocalibus deſcripta,) & duplici verſione Latina, quarum alteram ex Graeco THEOD. BEZA, alteram vero ex Syriaco IMMAN. TREMELLIVS confecerunt. Praemiſit ipſe TREMELLIVS in Academia Heidelbergenſi operi huic perlongam dedicationem, Sereniſſimae Anglorum Reginae ELISABETHAE adſcriptam. Cum vero in antiquiſſimis Syrorum libris praeter hiſtoriam, quam Evangeliſta de adulterae cujusdam accuſatione refert, quatuor ex ſeptem epiſtolis canonicis, imo & Apocalypſis Ioannis deſint: hinc etiam in hoc N. T. codice in interpretatione Syriaca eadem deſiderantur omnia, ſc. Io. VIII, 1 - 11. epiſt.

q) im zweyfachen Jubel-Gedächtniß. p. 77.
r) in *curis Philolog. ad h. l.* p. 509. s) in *proleg. in N. T. Graec.* p. 114.
t) conf. *PFAFFIVS in diſſ. de genuinis librorum N. T. lection.* p. 100.
u) vid. *KNOCH* Bibelſamml. zu Braunſchw. I. T. V. P. p. 323 &c. & *REIMANNI catal. Bibl.* p. 201.

epist. Petri IIda Io. IIda & IIItia Judae, ut & Apocal. imo etiam locus ille praestantissimus 1 Io. V, 7. Quae GENEBRARDVS quidam de hoc N. T. Syriaco scripsit, videre est in IAC. le LONG Bibliotheca sacra. w) Subjunxit praeterea N. T. TREMELLIVS Grammaticam Chaldaeam & Syriacam, D. MATTHAEO PARKERO, Archiepiscopo Cantuariensi addictam. Hoc N. T. in Bibliotheca MEIENREISIANA, publicis Gymn. Elb. usibus A. 1714. 4. Sept. dicata, haud ultimum occupat locum.

Tandem me converto ad

NOVVM TESTAMENTVM GRAECO-LATINVM in fol. Genevae 1582 typis HENR. STEPHANI editum.

Graeco Novi hujus Testamenti contextui duae respondent interpretationes; una, vetus: altera THEOD. BEZAE, cujus itidem annotationes, in hac tertia editione summo studio recognitae & accessione non parva locupletatae apparent. Quippe Cel. BEZA, ut lectorem in praefatione docet, hos novi foederis libros non modo cum variis septendecim Graecorum codicum, a ROB. STEPHANO citatorum, lectionibus rursum, sed etiam cum Syriaca interpretatione contulit, multaque alia partim ab amicis admonitus, partim suo emendavit judicio. Ad haec ejusdem BEZAE ad SEB. CASTELLIONEM addita est responsio, in qua multae N. T. annotationes accuratissime sunt excussae. Quod vero MILLIVS circa hanc editionem in proleg. ad N. T. Graecum x) monet, videre est apud IAC. le LONG. y) Eum, quem in conspectu habemus, N. T. codicem Graeco Latinum, locupletissimum Evangelicae doctrinae ταμιεῖον, Bibliothecae quidem patriae A. 1602 obtulit GEO. FREHLINGIVS, civis Elbingensis, sed exterior involucri membranei facies insimul nos docet, quis prior illius fuerit possessor. Haec enim literis majusculis in eodem expressa legimus verba: THOMAE ROTO dono dedit IACOBVS SVCCOVIVS liberali pectore anno Domini 1586.

Con-

w) c. I. p. 53 &c. ex edit. *BOERN.* x) p. 131. y) in *Bibl. sacra.* P. I. p. 480.

Der Christ am Ende des Jahres.

Der Vorredner
GEORG. HENRICVS NESSELMANN.

Chor.
Daß die Zeit edel und kostbar sey, behaupten

Ephraim Nehagen, Johann Christ. Schmidt, Alex. Herrm. Kiedt,
Heinrich Meyer, Johann Jacob Kluge, Herrm. Janson v. Tongerloo,
Theodor Michael Sieffert, Samuel Gottlieb Baum, Joh. Sam. Zimmermann.

* *

Zur guten Anwendung der Zeit ermahnet
IOANNES SCHMIDT.

Chor.
Nachfolgende nehmen vom Landleben eine Gelegenheit, zu beweisen, daß alle vier Jahreszeiten können christlich betrachtet werden.

Io. Iac. Stelter, Io. Gottlieb Brodowski, Israel Peterson,
Car. Frid. Ramsey, Iac. Gottlieb Silber.

*

Car. Christ. Lange, Frid. Wilh. Zicks, Io. Henr. Iungschultz,
Daniel. Richard Vnger.

* *

Vorzüglich aber verdienet das Ende eines jeden Jahres unsere Aufmerksamkeit, nach dem Urtheil des
IO. GEORG. HOFFMANNS.

* *

ISRAEL POSELGER,
ein einsamer Philosoph, Castanniza genannt,
findet seinen alten academischen Freund, den Zoroaster, in der Person des
ANDREAS QVEDNAV
wieder, und belehret nachfolgende, daß die Einsamkeit zur Betrachtung seiner selbst und aller Dinge am beqvemsten sey,

Frid. Traugott Lange, Geo. Lebrecht Land,
Christ. Ludov. Burchard, Io. Christoph Lange.

Chor.
Den Christen, welcher an seinem Geburtstage das Ende eines jeden Jahres von seinem Leben erbaulich erweget, stellen vor

Joh. Sam. Groß, Christ. Thomas Fromm, Andr. Alex. Tolckemit,
Christ. Theodor Kolch, Gottfried Reichstein, Carl Gottlob Baßner,
Christian Schultz, Carl Fried. Becker.

* *

CAR. THEOD. WVNDSCH

spricht von der Sittlichkeit, das Ende des letzten und den Anfang des ersten Tages im Lebensjahr zu feyern.

Chor.

Das Ende eines bürgerlichen Jahres schildern auf der fürchterlichen Seite ab

Joh. Jac. Baum — Geo. Gottlieb Kriese — Joh. Jac. Kriese
Joh. Heinr. Ammelung — Dan. Gottlieb Achenwall — Sam. Gottl. Preuß
Carl Heinr. Bährholtz — Fried. Ernst Horn — Alex. Jac. Kiedt
Johann Jacob Lange.

Chor.

Von den drey Landplagen, Pest, Krieg und Hunger, welche die Jahre betrübt machen, unterreden sich

IOANNES BENED. LANGE — DAN. ABRAH. BAEHRHÖLTZ
MART. DAVID STELTER — CHRIST. FRID. WICHERT
DAN. REINH. RHODE — WILHELM MEYER — GOTTFR. FRID. REVSS.

Chor.

GEORGIVS GRVEBNAV

wirft über die unerkannten leiblichen Wohlthaten, so uns Gott in unsern Lebensjahren erweiset, einige Fragen auf, welche beantwortet werden von

RAPH. BOGVSL. RHODE — IO. CHRIST. SILBER
IO. CHRIST. HAAG — EPHRAIM KOENIG.

* *

Daß die Wohlthaten Gottes alle Plagen in unserm Leben bey weitem übertreffen, bemerket

ERN. FRANC. IOA. SARTORIVS.

Chor.

Den Christen am Ende seines letzten Lebensjahres führen auf

Joh. Jac. Mündler — Sam. Teschner — Salomon Jäger
Jacob Stellmacher — Joh. Gottfr. Flad — Jo. Carl Zicks
Jacob Poselger.

* *

NATHANAEL PETERSCH

redet von dem gegenwärtigen zu Ende eilenden Jahr, in Absicht auf unser geliebtes Elbing.

* *

IO. GOTTLOB FEEGE

ermuntert Elbing, das Ende des zurückgelegten Schuljahres mit loben, danken und wünschen zu beschlüssen.

Wozu sich willig finden lassen

Jac. Convent — Joh. Ferd. Jungschultz
Mich. Ernst Fromm — Christ. Gottfr. Silber — Joh. Heinr. Burchard.

Der Nachredner

IOANNES IACOBVS PATZ.